



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 13. Divinitas Filii Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

liæ Regionis Legati ; responditque S. Ju- Sæculum IV.  
stus: *Qui non confitetur, Filium Dei co-*  
*æternum Patri, anathema sit !* S. Ambro- A. C. 381.  
sio, etiam suffragia Legatorum Africæ  
expetenti, Episcopus Felix omnium no-  
mine dixit ; jam olim hunc errorem a  
se damnatum, & adhucdum damnari.  
Anemius, ut Episcopus Sirmiensis, primæ  
in Illyrico Sedis, sicut & alii, Arianis a-  
nathema dixit.

n. 16.

## §. XIII.

*Divinitas Filii Dei.*

Sanctus Ambrosius dixit : *Audite, quæ* n. 17  
*sequuntur !* Tum in Epistola Arii illa  
Verba de Patre lecta sunt : *Solus æter-  
nus, solus sine initio, solus vere sanctus,  
solus immortalis !* S. Ambrosius : *Etiam*  
*in hoc articulo damnate eum, qui dicit,*  
*Filium non esse verum Deum.* Palladius  
respondit : *Quis dicit, Filium non esse*  
*verum Deum ?* S. Ambrosius : *Arius di-  
xit.* Palladius : *Cum dicat Apostolus,*  
*Iesum Christum esse Deum super omnia,*  
*num quis negare poterit, eum esse verum*  
*Dei Filium ?* S. Ambrosius : *Ut sciatis,* n. 18.  
*quod simpliciter veritatem quæramus, ec-  
ce ! idem dico, quod tu dicas, tu vero non*  
*integralis, sed tantum veritatis partem*  
*eloqueris ; dum enim hæc dicis, negare*  
*videris, ipsum esse verum Deum. Si er-  
go simpliciter confiteris, Filium Dei esse*  
*verum*

Sæculum IV. verum Deum, edic ea verba eodem, quod  
A. C. 381. ego pronuntio, ordine! Palladius:

la-  
quor tibi secundum Scripturas; dico, quod  
Dominus sit verus Deus. S. Ambrosius:  
An dicis, Filiū Dei esse verum Domi-  
num? Palladius: Cum dicam, esse verum  
Filiū, quid ultra hoc opus sit? S. Am-  
brosius: Non peto id solum, ut dicat, q̄d  
verum Filiū, sed Filiū Dei esse Domi-  
num. S. Eusebius Bononiensis dixit: Ies-  
sus Christus est verus Deus secundum fidem  
Catholicam. Palladius: Est verus Filius  
Dei. S. Eusebius: Etiam nos Filii sa-  
mus per adoptionem, ipse autem est per  
generationem divinam. An ergo fateris,  
verum Dei Filiū esse proprie, & na-  
tura Dominum? Palladius: Dico, quod sit  
verus Filius unicus Dei. Eusebius: Er-  
go credis, quod contra Scripturas logat-  
tur, qui dicit, Iesum Christum esse ve-  
rum Deum? Tacente Palladio, S. Am-  
brosius dixit: Qui dicit tantum, esse ve-  
rum Filiū, & dicere non vult, esse ve-  
rum Dominum, negare videtur. Ergo  
id Palladius, & hoc ordine fateatur, si-  
stet a sua pertinacia impetrare potest, &  
enuntiet, an credit, Filiū Dei esse ve-

**Joan. 17.v.3** rum Dominum. Palladius: Filius dicit:  
ut te agnoscant solum verum Dominum,  
& quem misisti Iesum Christum. An  
hoc ex affectu dicit, vel in veritate? S.

**I. Joa. 5.20.** Ambrosius: S. Joannes dicit in sua Epis-  
tola:

stola: *Est verus Deus. Nega, si potes!* Sæculum IV.  
 Palladius: *Cum tibi dico, esse verum Fi-* A. C. 381.  
*lum, etiam confiteor unam veram divini-*  
*tatem.* S. Ambrosius: *Sub his ipsis ver-*  
*bis fraus latet; dum enim dicis, unam so-*  
*lam, & veram Divinitatem, hanc soli Pa-*  
*tri, & non Filio tribuis.* Si ergo clare  
*loqui vis, dum me ad Evangelia remittis,*  
*dic cum S. Joanne Evangelista: Est verus*  
*Deus, aut nega, quod dixerit.* Palladius:  
*Nullus alius præter Filium est, qui sit ge-*  
*nitus.* S. Eusebius: *Iesus Christus est*  
*verus Deus secundum fidem omnium, &*  
*Professionem Catholicam; secundum tuam*  
*opinionem dic! an non sit?* Palladius:  
*Est virtus Dei nostri.* S. Ambrosius:  
*Non loqueris mente sincera, & ideo ana-*  
*thema sit, qui non confitetur, Filium Dei*  
*esse verum Dominum!* Omnes Episcopi  
*dixerunt: Anathema sit, quisunque di-*  
*xerit, Christum Filium Dei non esse Do-*  
*minum.*

n. 21.

Dum lectio Epistolæ Arii continua-  
 tur, illa verba examini subiecta; quod  
 Pater solus immortalitatem possideat. Et  
 S. Ambrosius dixit: *An Filius Dei im-*  
*mortalis est, vel non est secundum Divi-*  
*nitatem?* Palladius: *Quæro, an hæc ver-*  
*ba Apostoli accipias, vel non: qui solus 1. Tim. 6. 16.*  
*babet immortalitatem Rex Regum?* S. Am-  
 brosius: *Quid dicis de Christo Filio Dei?*  
 Palladius: *Nomen Christi estne divinum,*  
*aut*

Sæculum IV. humanum? S. Eusebius: Secundum Mj.  
A. C. 381. sterium Incarnationis vocatur Christus

n. 23. qui idem Deus est, & homo. Palladius:

Christus est nomen carnis, & nomen hu-  
manum; etiam vos mihi respondete! S. Eu-  
sebius: Quare tricis inutilibus immor-  
ris? Verba Apostoli, quæ pro Ario dile-  
gasti, si tamen ea intelligis, sub nomine

Dei totius Naturæ Divinæ Dignitatem

exprimunt; nam Pater, & Filius eodem

Dei nomine designantur. S. Ambrosius:

Fam peto, ut clare sensum tuum enunciem

An Filius Dei secundum Generationem

Divinam immortalis est, vel non? Et

postquam Palladius adhuc aliqua garrile-

vit, subjunxit: Quid vobis videtur deus,

qui negat, Filium Dei esse immortalē?

Omnes Episcopi dixerunt: Anatema

sit! Palladius: Generatio Divina est im-

mortalis. S. Ambrosius: Iterum latet

fallacia, ne clarius de Filio Dei mentem

explicet. Dico, Filium Dei secundum

Divinitatem esse immortalē; nega, si

potes! Palladius: An Iesus Christus

mortuus est, vel non? S. Ambrosius: Mor-

tuus est secundum carnem. Nam neque

anima nostra moritur. An ergo creditis

Disputatio Iesum Christum secundum Divinitatem

cum Arianis. mortuum? Palladius: Quare ad hanc vo-

cem mortis expallescitis? S. Ambrosius:

Nullatenus hanc vocem timeo, imo con-

teor, Filium Dei secundum carnem meam

moy-

*mortuum fuisse, ipse enim, & nemo aliis, me vinculis mortis liberavit.* Cumque Palladius non cessaret ambigue loqui, dicens, quod Arium non novisset, & tamen eum damnare nollet, S. Ambrosius dixit: *Illi, qui libere, & bona mente fidem suam non explicat, anathema dico!* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!*

Sæculum IV.  
A. C. 381.

n. 26.

Dum lectio Epistolæ Arii continua-  
tur, per ventum ad illa verba: *Solus sa-  
piens.* Palladius dixit: *Pater per se i-  
psum sapiens est, sed Filius non est sapiens.* S. Ambrosius, & S. Eusebius ad impia  
verba exclamarunt. Et Palladius fassus  
est, quod Filius Dei sit Sapientia. S. Am-  
brosius interrogavit: *Estne sapiens, an  
non?* Palladius respondit: *Est Sapientia.*  
Ergo sapiens est. Reposuit S. Ambrosius, *Cor. I. 24.*  
cum sit Sapientia. Palladius: *Responde-  
mus vobis secundum Scripturam.* S. Eu-  
sebius dixit: *Anathema illi, qui negat  
Filium Dei esse sapientem.* Omnes E-  
piscopi dixerunt: *Anathema!* Super hoc  
articulo etiam Secundianus interrogatus,  
noluit mentem suam aperire.

Inde ad vocem, Bonus, progrediun-  
tur. Palladius fatebatur, JESUM Chri-  
stum esse bonum. S. Ambrosius dixit:  
Ergo erravit Arius, quod solum Patrem  
bonum dixerit. Palladius: *Qui negat  
JESUM Christum esse bonum, errat.* S. Eu-  
sebius: *Fateris quidem, JESUM Christum  
esse*

n. 27.

n. 28.

n. 29.

Sæculum IV. esse bonum, at ego etiam bonus sum, non  
A. C. 381. ad me dictum est: Euge serve bone! & illi  
Matth. 25. bi: bonus homo res bonas de thesauro su  
21. expromit. Palladius: dixi, non repre  
Luc. 6. 45. debo, donec plenum adsit Concilium! S.  
 Ambrosius dixit: Iudæi dicebant: homo  
 est! & Arius negat, Filium Dei esse ho  
Joan. 17. num. Palladius: quis hoc neget? S. Es  
12. sebius: ergo Filius Dei, est Deus bonus!  
 Palladius: Pater, qui bonus est, genuit Fi  
 lium bonum. S. Ambrosius: etiam non  
 genuit bonos, sed non secundum Divinitu  
 tem. Cumque aliud ex obstinato non  
 posset exprimere, dixit: anathema illi,  
n. 30. qui non confitetur, Filium Dei esse Deum  
 bonum! Omnes Episcopi dixerunt: anathema!

Ulterius lecta sunt verba: *solus Po  
 tens.* S. Ambrosius dixit: *estne Filius  
 Dei Potens, vel non?* Palladius: *nunquid  
 qui fecit omnia, potens non erit?* S. Am  
 brosius: ergo Arius male negavit. An  
 ipsum saltem in hoc articulo condemnari?  
 Palladius: *quid ad me Arius?* (\*) pro me  
 solo tibi respondeo. Deinde fassus est,  
 Filium Dei esse potentem, sed noluit fa  
 ter,

---

(\*) Ita etiam cum aliquando Lutheræ Confessionis viro Manuscriptum Doctoris Lutheri exhiberetur, ad interrogationem an novisset hanc manum, respondit: *quid mihi, & Luther?*  
*Was frage ich nach dem Luther?*

sum, non  
ze! & ali-  
sauro fa-  
n refor-  
ium! S-  
ut: bon-  
ei esse?  
? S. Eu-  
is bonal-  
enuit Fr-  
tiam nu-  
Divinit-  
ato 800  
bema illi,  
ff. Deum  
nt: ana-  
solus Pe-  
ie Filius  
unguid;  
S. Am-  
it. An-  
demnas?  
pro me-  
fius ell;  
oluit fa-  
teri,  
anze Con-  
theri ex-  
sier hanc  
athero?  
teri,

teri, quod sit Dominus potens. S. Ambrosius: homines quoque potentes sunt, A. C. 381.  
 quia scriptum est: quare gloriaris in ma- n. 32.  
 litia tua, qui potens es in iniuste? & ali- Psal. 51. 3.  
 bi, cum enim infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 12. 10.  
 Peto a te, ut confitearis, Christum Filium

Dei esse Dominum Potentem, aut contrarium probes; quippe ego, dum dico, Patris, & Filii unam esse potentiam, dico, Filium Dei æque esse potentem, ac Patrem. Palladius: dixi jam: respondemus vobis in hac disputatione, sicut possumus; soli vultis esse judices, & partes. Modo non respondemus, sed in Concilio universalis respondemus vobis. S. Ambrosius: Anathema illi, qui negat, Christum esse Dominum Potentem. Omnes Episcopi dixerunt: Anathema!

#### §. XIV.

#### Æqualitas Filii Dei.

Tunc attributum Judicis ad examen revocatum, & Palladius fatebatur, Filium Dei esse omnium Judicem. Sed subjunxit: alius dat, alius accipit; volens indicare, Patrem Filio dedisse judicandi potestatem. S. Ambrosius dixit: An ei gratia, vel natura dedit hanc potestatem? nam ista potestas etiam hominibus tribuntur. Palladius: an dicis Patrem maiorem esse, vel non? S. Ambrosius videns, quod disputationem detorquere Hyst. Eccles. Tom. IV. Uu vel-